



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sanctorvm Qvinqvaginta Ivrис-Peritorvm Elogia**

**Robertи, Johannes**

**Leodii, 1632**

Sanctvs Aper Episcopvs, Italvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45032**

S A N C T V S A P E R<sup>71</sup>  
 EP I S C O P V S ,  
 I T A L V S .

A S S E R T I O I V R I S P E R .

S.Paulinus, epist. 27.ad Aprum.

*Nunc instructior iure diuino A D V O C A T V S ,  
 pro te postules ; & iustior I V D E X , te ip-  
 sum iudices .*

**P**Ergat S. Paulinus S. Apri laudes exequi : nemo laudator aptior. Neque facile alibi reperias, quæ ille vidit ; quæ gratulatus est. Eâdem Epistolâ :

*Beatus es, Frater , & benè tibi erit; quia non carne , & sanguine , sed Spiritu cælestis Patris reuelante, didicisti, quod te inconcussâ fide tenere, & liberâ voce profiteri, sanctissimo ad me epistolæ tuæ fine firmasti.—*

*Rudem esse te, atque infantem ideo dices? verè quidem ex parte credo, parvulum esse factum, sed malitiâ : sensu autem te esse perfectum, de professione fidei tua disco; quia veritatis agnitione, quam apprehendisti in sermone breuiate, sapientia plenitudo est. —*

Lam

Iam & hanc gratiam mereris à Domino,  
 vt te ( sicut indicare dignatus es , piè glo-  
 rians ) oderint omnes ; quod non fieret , nisi  
 verus imitator Christi esse cœpisses. Non enim  
 odiasset hic mundus , nisi quod iam à se alie-  
 num , & sibi videret aduersum. Gaude , &  
 exulta iam in rudimentis tuæ virtutis , PER-  
 FECTI O N I S O P E R A T O R . — Quanto  
 prudentiorem tecateris , & doctiorem fuisse  
 meminerunt ; tanto evidentior ijs esse debet  
 operatio potentia DEI . — Destructus es à  
 superbo , assumptus es in humilem . — Vbi nunc  
 tu ille es , aliquando terribilis , vel pro tribu-  
 nalibus ADVOCATVS , vel in tribunalibus  
 I V D E X ? — Quis daret mihi pennas , sicut  
 columba , & volarem ad te , & in conspectu  
 tuo , colloquioq; requiescerem ; in voce exulta-  
 tionis , & confessionis epularer ? Videnste , non  
 te , & videns ex leone vitulum , videns in  
 A P R O Christum : nunc versâ ferocitatis ,  
 aut virtutis vice , A P R V M seculo , agnum  
 D E O . Non enim iam desiliua , sed de segete  
 A P E R es , duplicitis Testamenti dentibus , ad  
 rumpenda retia Nembroth venatoris , ar-  
 maris : totaq; illa , qua p r a seculo superbis  
 gere-

gerebas, nunc aduersum seculum humilis ar-  
ma conuertis.

Aurea sanè ista omnia, & dicta à Paulino, & facta à nostro Aduocato & Iudice, Apro. Addo pauca ex Epist. 29. ad eundem Aprum, quam sic orditur:

*Quis daret mihi fontem litterarum tua-  
rum, vt respondere possem litteris tuis, vario  
gratiarum spirituum flore consertis, nec iam  
scholastico magis, quàm diuino sermone fa-  
cundis: & affluentibus ( quasi de terrâ re-  
promissionis diuinæ ) lacte pietatis, & mel-  
le sapientiæ; cuius & mel, & oleum suxisti de  
firmâ Petrâ, id est, Christo Domino.*

O si & nos inde fugamus! Sed plura  
de Sancto, apud Sanctum legat, cui lu-  
bebit.

Floruit cum Paulino, Anno Christi 400.

Dicitur Sanctus Ioseph Omnipotens

1217